

„ D. Thomas falso , ac plane suppositio
 „ D. Augustini testimonio delusus ex Gra-
 „ tiano , & Magistro sententiarum bona fi-
 „ de transcripto ; cuius suppositionem , &
 „ apocryphiam pro ætate sua , & in eaqua
 „ laborabat probatorum Codicium penuria ,
 „ deprehendere omnino non potuit . Sic
 „ enim Augustinum loquentem inducunt
 „ Magister sentent. lib. 4. dist. 30. , & Gra-
 „ tianus Can. Sufficiat causa 27. qu. 2. B. Vir-
 „ go proposuit , se servaturam votum Virgin-
 „ itatis in corde , sed ipsum votum non expressit
 „ in ore . Subiecti se divina dispositioni ; pro-
 „ posuit se perseveraturam Virginem , nisi Deus
 „ aliter ei revelaveret . Committens ergo Virgi-
 „ nitatem suam divina dispositioni , confessus
 „ in carnalem copulan , illam non appetebat ,
 „ sed divina inspirationi in utroque obediens .
 „ Postea vero simul cum viro labii expressit
 „ & uterque in virginitate permanens . Quod

„ Augustini testimonio bona fide admissa ,
 „ sententiam firmat , ac munit Doctor An-
 „ gelicus in 4. sentent. dist. 30. qu. 2. ar. 1.
 „ Nil tamen hujusmodi habet Augustinus ,
 „ tum lib. de nuptiis , & Concupiscent. qui
 „ apud Magistrum sententiarum citatur ad
 „ marginem , tum lib. de S. Virginitate ,
 „ qui apud Granatum est adnotatus . Imo
 „ non pauca ex directo contraria habet ve-
 „ rus Augustinus . Quippe qui cap. 4. lau-
 „ dati lib. de S. Virginit. Deiparam ante
 „ desponsationem vovisse docet ; non tra-
 „ que cum Josepho , Capite vero 12. lib. 5.
 „ contra Julianum expresse ait , Josephum
 „ diu post desponsationem , ac etiam post
 „ Angelij monitum vovisse ; ac tum deum
 „ commiscenda carnis spem abjecisse , dum
 „ Virginem divina fecunditate donata
 „ vidit . Matthæus cap. 1. v. 20. Qua de-
 „ re plenius loco sup. .

DISSERTATIO CCIX.

De Matrimonio inter Deiparam , & B. Josephum
 initio . An vere fuerit inter illos initum ?
 An verum fuerit matrimonium ? Qua
 de causa , & quo tempore fue-
 rit maxime celebratum ?

Primo nobis se offerunt aliqui ,
 qui dixerunt nec matrimonium ,
 inter Deiparam , & B. Joseph
 fuisse initum , nec sponsalia
 contrafacta ; sed tantum B. Vir-
 ginem fuisse traditam Josepho nomine
 desponsationis , ut eam custodiret , atque
 servaret ; & hoc consilio Sacerdotum fuis-
 se factum , tum quia non licet amplus
 puellis post nubilem ætatem in templo
 permanere , tum etiam , quia mortui erant
 Parentes B. Virginis , adeoque non poten-
 tiant insidem illam tradere Sacerdotes : Un-
 de divino consilio factum putant , ut ab
 his Josepho traderetur , qui ex eadem cum
 Virgine familia , & Tribu , erat . Rem
 narrat Baronius in Apparatu n. 59. ex au-
 thoritate Gregorii Nysseni orat. de Sancta
 Christi nativitate ; & Baroni , & Nysseni
 simul verba sunt : „ Quid autem non
 sine divino consilio de Virgine statutum
 esset , Gregorius Nyssenus his verbis re-
 citat : Cum puella crevisset , & adulta
 esset , Sacerdotes consilium agitare , ne

„ quid de sacro illo corpore statuentes , in
 „ Deum peccarent , cœperunt . Nam subju-
 „ gare eam legi naturæ , & ad dicere quæ
 „ servam , si quis eam in matrimonium du-
 „ ceret , res longe absurdissima , minimeque
 „ decora videbatur . Sacrilegium enim
 „ proflus existimabatur , si homo jus , ac
 „ potestatem in donarium , quod Deo con-
 „ fecratum , & dedicatum esset , haberet :
 „ quoniam legibus sanctum , & constitutum
 „ est , ut vir potestatem habeat in uxorem :
 „ ut autem intra templum una cum Sacer-
 „ dotibus mulier versaretur , & in sanctis
 „ conspiceret , neque confuetum , neque
 „ usitatum erat , & simul gravitas , & ho-
 „ nestas rei non aderat . Deliberantibus
 „ igitur eis super hac re , divinitus incidit
 „ consilium , ut darent eam eidam viro
 „ nomine desponsationis , is autem ad cu-
 „ stodiendam virginitatem ejus esset ido-
 „ neus . Inventus est igitur Josephus talis ,
 „ quem rati consili requirebat , ex ea
 „ deinceps cum Virgine familia , & tribu ; isque
 „ de consilio Sacerdotum sibi pueram de-

M 2 „ spon-

PAR. IV.